

aptata hauriuntur. Quo successu? certè,  
 non nullo. At si exactiùs ἐκφραξίης seu  
 aperientis remedij facultates à proprijs  
 & alienis impedimentis exemptæ fui-  
 sent, an' non eo maiore? Infirmo calori  
 validus hostis obijcitur, crudus hu-  
 mor, exundans, crassus, frigidus. Quod  
 si iam expedire oporteat ea arma, quæ  
 subleuent caloris infirmitatem, expu-  
 gnent causse morbigicæ qualitatem, an'-  
 non ea caliditatis & tenuitatis suffici-  
 enti apparatu instructa esse debebunt?  
 In eum finem, quæ decoctione paran-  
 tur, non sunt nullius ponderis: at sæ-  
 piùs, nec infirmo calori auxilium fe-  
 runt, nec causam reluctante sufficienter  
 oppugnant. Quamobrem si tenuitas &  
 caliditas ipsorum, hoc potius, quàm  
 alio preparandi modo, qualem non re-  
 pugnanre diuersis eiusdem remedij fa-  
 cultatibus iam ostendimus, haberi que-  
 at, an' non ex omni parte fructuosior  
 is ipse futurus est? Probat Galenus,  
 si calcanthum, & vrina pueri ἀφ' ὄψε ad-  
 fectis oculis adhibeatur. Ergo vitrio-  
 lum ad albedinem calcinatum adhuc  
 calens sime. Vrinam puerorum ca-  
 lidam,

1. 2. & 3.  
 de facile  
 parab.